



Georg 503
Hortendorf



Georgs-B.

VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS GERMA
NI. AVLA. DI
ALOGVS.

AD LECTOREM.

Res est noua Lector, res est iucunda
lulus perurbanus & facetus : dispe
ream nisi legisse voles. Vale.

CVM PRIVILEGIO
IMPERIALI.

M D X V I I I

VLR



tor
nup
sol
me
qui
rer
da
rat
vi
ni
dia
tes
ve
vt
m
g
p
pt
r



VLRICHI DE HVTTEN EQ. AD HENRICHVM
Stromerū Auuerbacchum Medicum. In Aulam
suam Præfatio.

¶ tu rem mihi periculosa m suafisti
Stromer, de vita Aulica vt scriberē,
hoe potissimum tēpore, quo tot agen-
tibus hic principib⁹, tanta est aulis
cor⁹ frequentia. Quasi villo modo
tut⁹ sit, has spinas contrectare, aut
consult⁹ eos irritare, quibus etiā si
blādus sis, non admodū placeas. Et
dic mihi amicissime homin⁹ quid te
iuuit in hoc discrimin abducere ami-
cum ⁊ nec in mentē venit, cui me fu-
ori ob⁹cias, cōtra quā rabie excites, presertim aulic⁹ & ipsum
nuper fact⁹, vt in aula iubeas me aulā offendere, & quod dicit
solet, επ φρέατι κυσί μάκεδον. Quid restat aliud igitur, nisi ve-
me ob istas nugas, non in nostra quidē aula, in qua tut⁹ ac tran-
quilla sunt omnia, verū vbiubi negotiū incesserit, vt apud hos
rerum dominos agend⁹ sit, ex stipatoribus vnuſ cubito protru-
dat, aut inflcta calce p̄cipitē ej̄ciat, deīde fiducia plenus, facti
rationē reddat, ac causam tueatur, quam mihi impugnare non
vsc⁹ quac⁹ oportun⁹ sit, dem⁹ ad palinodiā quoq⁹ adigat, quā
nisi mox promisero, dentes amisero. Nisi tu contra aulicā vēsa-
niam, habes medicamentū, aut iam parasti helleborū, quo furen-
tes illos inebries. Quod si est, queso in tempore consiliū cape, vt
venēti malo occurras. Sed vereor ne in medicina non tantus sis
vt homin⁹ affectibus mederi scias. Et iam mihi caput, mihi os,
mihi male trepidant. Ac aliquē videre videor, ex gigantibus re-
gij, pugnū sex libra⁹ stringere, quē iamiam in buccā mihi im-
pingat. Quod vbi fiet, tum vereor, ne tu in sinū interim rideas, et
pro ludo ducas, mihi alapas infligi, os obuerberari, dentes excu-
ti. Et fortasse mortis causa si mihi fueris, non magni facies, q̄ cle-
ricus non sim, vt illo te sagittent Canone Ecclesiastici patres, Si
quis suadente diabolo. Verum heus tu, hominē esse memineris

A ij



idq; satis existima, quod tibi iratū deum reddat, quandoquidē
sic ille dicit, quōd feceritis vni ex minimis meis, mihi feceritis.
Vn deum igitur prodere, cum hoc facias, si me aūlicis simijs dis-
cerpendum tradis? Quæ so rem intuere, ac consydera, q; non de-
ceat, sero sapientem te, illud, non putabā futurum hoc, prætexe-
re. Credis enim non vehementer quosdam succensere mihi, ob
hoc nugamentū, aut eam esse in aula moderationē, vt qui sic cō-
moti sint, contineant seſe? Præterea memento aliquoſ esſe, qui-
bus iam ante auersa fuit a studijs mens, hi exilient, ac arma &
equos poscent, his ferme verbis, hoc ille feret impune ſcriba:
Noſti enim quantū literatis detractum putent, quando ſcribas
vocant, nobis contumeliam minime agnoscētibus. Qui vt ſtu-
lus ſit metus, vulgatum hoc tamen eſt, occaſione tantummodo
opus improbitati. Sed iocatum ſatis eſt, per miras Stromer diſſi-
cultates, vt tibi obſequierer, eundum fuit. Primū Canicularibus,
infesto ſtudijs tempore, ingenium cum exerceam. Deinde in hoc
Germanę nobilitatis cōuentu, in quo ita turbis referta ſunt om-
nia, vt nemo ſatis meminiffe quid ſuum ſit queat. In quo nulla
quies, nullum silentium, nulla tranquillitas, ingentes tota urbe
motus, vociferationes, tumultus, equitatōes, ſtrepitūs, clango-
res, equorum hinnitus, plaуſtrorum ſtridores, bombardarū to-
nitrua, tubæ, concentus, saltationes, ac plausus. Quæ me cū cir-
cumſtent, & paucis diēbus abſoluti negocium postulet, ac nihil
interim ceſſare obeundis in aula officijs liceat, aliquid arbitraris
in hoc diſalogo futurum, quod hiſ placeat, quib. vt placeamus,
ſtudere debemus: Ede tamen inquis, vt te hic eſſe homines co-
gnoscant, Erras bone Stromer. Necq; enim tanti eſt, in hominū
oculis ac auribus versari me, vt ob id incōſyderatiſ aliquid, &
cui non prius limam admouerim, in lucē edam. Placuit aīs Peu-
tingero, viro vt grauissimo, ita egregie docto, & naris emuncte
& Iacobo Spigel Regio ſecretario, rare homini doctrinæ, &
iudicij ſingularis, ac Stabio placuit festiui admodum ingenij, &
minime ſucatę eruditioſis viro. Vt dicam quod ſentio, cōmou-
sti me hiſ autoribus. Quanq; verendū, ne per amicitiaſ ſtudium
ex fauore potius laudenthi, quam ex iudicio probent. Verum
tamen peruiciſti tu. Atq; ecce tibi Aulam in aula. Sed in ea aula,



doquidē
feceritis,
simijs dis-
q̄ non de-
pretexe-
misi, ob
qui sic cō-
sse, qui-
arma &
e scriba-
o scribas
iūt stul-
immodo
mer diffi-
claribus,
de in hoc
sunt om-
uo nulla
ota vrbe
clango-
darū to-
ne cīr-
acnihil
arbitraris
teamus,
ines co-
hominū
ruid, &
ais Peu-
nunctē
næ, &
enij, &
omoui
udium
Verum
a aula,

in qua ista facere licet, & quę nisi talis esset, nos non caperet. Sic enim iudico Stromer, simpliciores esse nos, q̄ Aulicorum con-
suetudini aptum sit. Itaq̄ gratulandum interim nobis inuicem,
quos ibi exerceat fortuna, vbi non magnopere nostri nos statut
piget, sub illo scilicet, oīm, quos hæc natio habet principes, beni-
gnissimo humanissimoq̄ ALBERTO Cardinali & Archeopi
Icopo, qui cum maximo virtutum omnium teneatur studio, &
singularis probitati amicus sit, imprimis tamen bonarum litera-
rum studia, eorumq̄ assertores, reuerenter suspicit, ac liberali-
ter fouet. Quis enim nunc recte per Germaniam eruditus est,
quem illenon torit? aut a quo talivnq̄ salutatus est, quem non
largo munificentę suę imbre cōsperserit? Atq̄ vt sollicitus nu-
per fuit, ne quid se indignum pateretur bonus Capnion? vt cupi-
norificam semper p̄fationem adiungere: & a nobis crebro
percontatur, ex docte doctis, quid quisq̄ faciat, quid patiatur.
Quæ cum ita sint, & omnino liberior sit nobis aula, quā in qua
libere aliquid iocari periculum sit, ecce tibi Dialogum, quem iu-
beo speculi vice propositum esse aulicis illis, in quo se intuean-
tur. Quanquā inuidiam deprecor, Iussum est enim, ioco scriptū
est, ne quis temere in nugis moueat. Tum veniā meretur Mi-
saulus, tedio aulicæ consuetudinis impatientius forte, quā pro
tempore intuectus. Id quod pro me illis inculca, & iam collo-
quentem cum Misaulo, Castum audi.

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS GERMANI,
AVLA, DIALOGVS.
Interloquutores, Castus & Misaulus. Castus.

Vam non est hoc falsum Misaul, quod aīūt, vestis
virum facit. Nam tu mihi sic vestitus, sic cultus, val-
de places. MIS. At mihi cōtra non placeo, ac ad
illos olim pannos respicio. CAS. Quid aīs? Ab
his mūdīcīs, ad illas sordes. MIS. A seruitute
ad libertatem Caste. Quem quidem pannis obsitum esse vilissi-
mis oportuit, liber ut essem. CAS. Non es tu liber igitur?
A īj

MIS. Quia enim seruio, atq; vt intelligas rem plane vt est, hoc
sericum vltro accersitam mollitiem, & vitam viris indignam ar-
guit. Hæc qua collum obuinctum gero aurea cathena, miræ in-
dicium est captiuitatis. Tum vbi me consultorē sakitari animad-
uertis, seruitutis symbolū accipe. CAS. Quo me ducis? quæ
absurda refers: serui sunt, captiui sunt, qui in principiū aulis ver-
santur. MIS. Et miserum in modum. Deinde exules quoq;
Nam quod vides molliter vestiri nos, quid aliud sibi vult quam
averis vitæ officijs longe exulare? Atq; ita me dñ ament, vt meā
conditionem quoties repeto, necq; liber esse mihi, necq; vir, sed ex
pessimo captiuorū genere videor. Atq; vtinā maluissim cū Dio
gene oleralauare, quā regias cū Aristippo epulas sectari. CA.
Valde præter opinionē ista narras. Proinde si tibi videtur, rem
clarior expone, vt edoceas eam vitam, in qua te ego fortunatū
existimabam, tantopere calamitosam esse. MIS. Facile est
hoc intelligere Caste. Vides enim, vt breue vix tempus colloqui
nunc tecum liceat, amico vetere, & aliquot iam post annos tan-
dem retruso. Sic illa cogit temere abs te fœlix putata conditio.
Nam ad septuānam statim horam, standum ad principis concla-
ue. Quem sic operiri, ceremonia est. CAS. Et quamdiu stan-
dum? MIS. Aliquot sæpe horas. CAS. Quem in vsum?
MIS. Officij causa, dum aliquid ille iubeat, aut ne quo inco-
mitatiōr exeat. Adeo mea omnia extra me sunt. Ipse ab alterius
iussu ac imperio, totus pendo. CAS. Quid: illud pulchrum
non est, sic vestiri? Summo cum homine consuetudinem habes-
re. His immunitatibus frui: hæc cōrectare: huc ingredi? MI.
Quid: illud deformē non est, ad subitum tintinabuli pulsum,
quasi fulmine territum sic exilire? Abiectis omnibus ad summi
illius fores constere? Iblei non tantum quid ille iubeat, sed &
quid nutu significet, aut digito crepet, religiose & ad anxietatem
vscq; obseruare? Nullum habere sibi tempus, nullum locum pro-
prium? omnia precario? aliena vivere quadra? ad omnem prin-
cipis occursum pallere? erubescere? fugitare? Non nunq; timere,
ac obstupescere? tum multa simulare ac dissimulare? Toties ge-



eft, hoc
nam ar-
miræ in
animad-
is? quæ
ulis ver-
quoq;
t quan-
vt mea
, sed ex
cū Dio
CA.
ur, rem
tumatu
ncile' est
olloqui
os tan-
ditio
onda
iu stan
ysum:
o inco-
terius
hrum
habes
MI.
lsum,
ummi
sed &
tatem
n pro
prin-
mere,
es ge-

nua inflectere: tantisper nudo esse vertice: omnia seruiter, om-
nia suppliciter agere: nunquam tui iuris esse: magnis diu labo-
ribus, multis vigilijs, fauorem hominis captare: obseruare ne
quid dicas, quod ille probaturus non sit, nedium nequid facias:
perpetua cum paribus inuidia conflictari: laudem pariter ac vi-
tuperatio em indigno loco ponere: nihil dicere quod sentias, sed
quod conueniat: plurima debere: plurima accepta referre: assen-
tari: adulari: ipsum te negligere: omnia alterius curæ mancipata
habere: indigna multa facere, multa pati: sæpe contra naturam
conformare te alijs: CAS. Mare malorum commemoras.
MIS. Recte ais mare. Etsi libet, adde Tyrium mare, quod im-
petu rapit, vi detinet, fluctibus iactat, infidum, surdum, & insta-
bile, repente turbatum: subito concitatum: inconstans inquietum:
nunquam non procellis obnoxium: ventis expositum: tempesta-
te furens: motu æstuans: plenum periculis: plenum exitio: im-
pellens: ac inundans. Omni monstrorum genere: omnibus refer-
sum portentis. Ad quod per nauigandum: cum me dulces quæ-
dam syrenes illexissent: paulo post sentire coepi: cuiusmodi
malis fortuna inuoluisset quantam mihi ad miseras: meus er-
ror fenestram aperuisset. Ac lugens cum Homericō sapiente
dico: διό με τον θάνατον τέρπει βεβεγμ. CAS. Mirum si tam fu-
gienda res est aula: cum te philosophum reddiderit: ita vt gratia
am habere debeas: huic vite: que te sic excoluit. MIS. Nescis:
quanti hoc constituerit philosophari. CAS. Quasi vero quis:
quam extra laborem philosophiam didicerit: aut dura non sint:
quæ ego facio vigilare: esurire: sitiare: algere: aestuare: peregrina-
ri, terra ac mari studioꝝ gratia multa pati: fraudare se volupta-
tibus: accersere dura omnia: & iniurunda: pulices pati: a cimicio-
bus commorderi. MIS. Sunt ista quidem vt narras acerba.
Sed quæ tu quatenus vis: minimeq; coactus fers. Tum eadem
omnia adfert aula: & quædam præterea multo his duriora: nisi
tu modica ista tati facis: vt in pulicis morsu τὸν λαγκάνον Her-
culē inuoces. CAS. Omnes igitur ab aula trahis: & desertas
principū domus redditis: vel miseros oes putas: q illis coniunctis:



MIS. Nihil istorum Caste. Verum sanitatem illis precor mundi dominis, ut sit instituendae aule consilium. Deinde sic ait, valde prudentem esse oportere, magis etiam quam illum Homericum Vlyssem qui caute hanc cōsuetudinē tractet. CAS. Vt intelligo, aut plane desipiunt reges ac principes, aut nulli boni sunt aulici. MIS. Neq; hoc, neq; illud. Nam & sapientia aliqui principes, rari illi quidem, sed tamen aliqui, & ex aulicis quidam Vlyssem imitantur, qui in turbulentio hoc mari nauigantes, cætra obthuratis auribus, insidiosæ Syrenæ cantionis capaces non sunt, & consilium habent preter nauigandæ Scyllæ, vitande charybdis, & in Syrtes non impingunt. Tum quantū in se est, clausos in utre ventos continent, quo minus sit perturbationibus locus. CAS. Et nō recte fit hoc, quod isti suadēt, vt nos temporis conformemus, & scœnæ vt aiunt seruiamus. MIS. Cum decoro recte, si possis. Quantū dederet enim ἀλωπεκούς τρόπος ἐτέρην ἀλωπεκα, quod aula imprimis exigit? Porro difficile est ibi continere te, vnde omnis exulat Continentia, & inuidiosum est, cum lupis si fueris, simul non vulnare. Miliq; videtur, paucissimum datum esse chlamidem simul ac pallium ferre. CAS. At præclarum mihi videtur, multos habere amicos, id quod vobis proclive est. MIS. Neq; proclive, ob peruersa aule studia neq; si id assequi possis; uno plus amico recte utaris; vel Hesiodo persuadēte: cuius est illud: μή δέ πολύ ξεινός, μή δέ γένιος καὶ εὐδαίμονας. Et quemadmodū Aristoteles sentit: omnem pœnitutem amicitiam excludere: nec ullius consuetudinē admittere: ferimus esse & iniucundum; ita ego puto multos habere amicos: hominis esse nullius rei delectum habentis: nihil prudenter statuentis: nihil constanter facientis. Nisi amicos vocas: qui vices die salutant: & dum te sibi vicissim assentari volunt: genibus inclinant nudo capite occurvant: a tertio usq; iugere dextram porrigunt. Et quidam sesquiulnaribus aduolutus tibis: continuo thus ille lud aulicum adsperrit: magnifica promissa, ingentes pollicitationes. Dicas plane diuinitus oblatum tibi: a quo sic ameris. Cum ille interim huius cemodi inescatum te illecebris: totum ad se traducit: tuaq; animaduersa simplicitate: crebro ista intonat. Heus age tuus sum: mea omnia committo tibi. Quid nō? Amicorum omnia



omnia cōmunia, utere me vt voles. Voles aut̄ in mortē v̄ sc̄p̄, &
confestim voles. Quas ybi bullatas nugas oſ eceris, nihil prius
tale expertus, incunctanter credis, ac forte secretū aliquid com-
mittis, quo ille arrepto, & certior factus, qua tibi parte plurimū
obesse possit, quod apud Comicū est, altera manu panē oſten-
tat, altera fert lapidē, verbis amicus est, cogitatione insidias stru-
it, palam benevolentia, occulte periculū intentat. Qui vbi ſemel
edoctus fuerit, quo te cōſilio ſubuertere liceat, nunq̄ ſinit emer-
gere, omnē p̄cipit fauorē, & ſiquid tibi boni destinatū eſt cal-
lide occupat. Quod ſine neglectū te queraris, & officiū requiras,
aut in diſceptationē voces rem ipſam, tum ſe tibi opponit mani-
feste iam, atq̄ eo liberius, q̄ videri vult aliquando amicus fuif-
ſe tibi, & exprobrate illa poſſit promissa, illas bullas. Si ignoras
enim, promittere etiā beneficiū eſt in aula. CAS. At aliquos
inuenire licet ni fallor bonos. MIS. Et ea Caste rara auis eſt,
quam tu vñq̄ ſequi velles tanto periculo? CAS. Nondū cō-
ſtitui, quanq̄ certum eſt aulā experiri mihi. MIS. Actanto
derelicto bono, in tantum te vltro p̄cipitare malum? CAS.
Imo ex bono in bonū traducere, non minus recte, q̄ qui ex bo-
no citharēdo bonus fit poeta Tragicus. MIS. Bene Tragi-
cus. CAS. Et nequid p̄ter rationē proponere me arbitris-
tis, ſic accipe. Omnes qui in vmbra philofophamur, nec aliquan-
do ad res gerendas accedimus, quod ſcimus neſcimus. Nam vt
in tranquillo nauim quilibet facile gubernat, ita in iſto ocio, vñā
quanq̄ rem ſtrenue laudamus vel vituperainus, aut vtrumq̄
facimus, & consilia damus, ac de rebus maximis acutissime in-
terdum diſputamus, verbis abunde instructi, re penitus inutiles,
& ad omne opus, niſi exerceamur prius, inepti. Iam ego enim
quem in vſum toties caput ſcabo: vngues rodo? Qui ſi hodie re-
rum administrationi admouear, omnia imperite egero, in consi-
lijs absurdā, & nihil ad rem ſuafero, vt iure exclamaturus ſit ali-
quis, boue ciues leporem venamur. Id quod illis quoq̄ cōtinge-
re videmus, qui multos postq̄ annos in libris versati, multa ac
varia belloq̄ genera legerunt, aliqui etiā ſcripſerūt, opus aggref-
ſi, niſilo peritius rem militare tractant. Adeo perite aliquid face-
re, aliud eſt, q̄ diserte dicere. At ſemper legere, ſemper meditari,

B



aut scribere etiā, vel differere, si nihil agas præterea, quæ tandem
vita est? Mihi enim vivere non videtur, qui, quod nostri aiunt,
sibi vivunt. Adde hoc, quod hi qui in studijs literarj diutius ver-
santur, non tantū interim non experiuntur res ipsas, verum etiā
sunt plerūq; obeundis negotijs inepti, vnde suis ut plurimū mo-
ribus vivunt, ab alioꝝ conuictu abhorrentes. Quos spectare li-
cet, si quando hominū frequentiæ admoti fuerint, q; snt in om-
nibus difficiles, quanq; morosi, & cōmuni plane sensu carentes.
Audent tamen interim nulli non sua exprobrare vitia, ac reges
inceſſunt, vt stupidos, e medio tollunt militiā, omnē rei familia-
ris curam, vt superuacuā damnant, in diē viviendū docentes, di-
uitias risu, voluptatē conuicjū insectantur. Rident forā, rident
leges, non nauigare, non equitare per illos licet, puto non cacare
etiam, & quæ maxima pestis est, coniugia quoq; vt rem friuo-
lam detestantur, & humani generis propagationi operā dandā
non putant, vellent mundū desertum reddere, vt neq; ipsi essent.
Quid enim ista sibi volunt, optimū non nasci, proximū cito na-
tum aboleri? aut quid non absurdū hi qui vocantur monachi,
aliquando declamat? hortantur ad solitudinē, trahunt sub re-
gulam, ciliciū ostendunt, vitam cœlibē solam cœlo dignā pre-
dicant, rerum vsum damnant, mundum iugulant, quicquid extra
cucullū est sathanæ addicunt, ipsi nihil experti, nulla neq; bona,
neq; mala fortuna exerciti, atq; hec illis ingerunt cellæ ac solitu-
do, vt quicquid ex culicis morsu indignationis conceperint, in
mores in tempora euomant. In principes induiutes, ac quodlibet
diuersum vitę genus iaculatur, ac illa ab inferis terricula, ho-
minum auribus atq; oculis obuersari faciant, ita depingentes ac
si viderint. Quos qui audiunt, aliqui mori destinant, alii in cellā
sese abstrudunt. Nonnulli derelictis coniuge ac liberis, ad solitu-
dinē pcurrūt. Quosdā ita piget vivere, vt patri ac matri q; se ge-
nuerint irascant. Quæ cū video, & q; non deceat hominē nihil
agere cōsydero, ac quæ ipsum me circūstātē intueor, cū iā tēpus
sit, vt vivere incipiā, no deserēdi quidē studia consiliū capio, sed
emergēdi ex his sordibus viā pspicio. Atq; hec plixiū attuli, q;
ne mihi psuasum putares, tantū bonū esse sic ociori. Tu cōceptū
de aula sermonē psequere. MIS. Nihil istos moror amice, q;



et tandem
tri aiunt,
tius ver-
erum etiā
rimū mo-
pectare li-
nt in om-
carentes,
ac reges
i familiæ
entes, di-
ra, rident
on cacare
m frui-
rā dandā
si essent,
i cito na-
nonachi,
nt sub re-
ā pred-
uid extra
q; bona,
c solitu-
perint, in
quodli-
cūla, ho-
gentes ac
i in cellā
ad solitu-
ri q; se ge-
inē nishil
iā tēpus
pio, sed
s attuli, q;
i cōceptū
amice, q;

terraz; orbi molesti sunt Théologistas, ac difficiles illos & sup-
ciliosos disputationes ipsenō pbo, nec te i cellā relego, & agēdū
oīno aliquid puto. Sed aulam nego esse idoneā, qua emergere
potissimū cogites. Quod si obstinatissime vnum hoc vitę genus
tibi proponis, atq; ibi actæ ætatis fructum quæreris, tum te dico
e nassa cibum petere. CAS. At multi euehuntur apud princi-
pes, & ad honores cito ac dignitates transcendunt. MIS. At
multi consernunt ibi pauperes, nec vñq; transcendunt, aut vñq;
speratum vitæ portum attingunt. Quidam etiā maximas s̄epe
ad opes ac potentia elati, quando illis vñ um fuerit, deſciuntur
rursum ac spoliantur. Vide enim q; acute hæc intellexerit sapiēs
ille qui sic exaltatos calculis Arithmeticis comparabat. Nam vt
illi aliquando minorē, aliquando maiorē numerū referunt. Ita
hos aliquando fortunatos, aliquando calamitosos, rursumq;
aliquando illustres, aliquando obscuros, vt regib. libitum sit, ha-
beri. CAS. Licet sperare. MIS. Et falli licet, tum illud nū-
quam memoria tibi excidat, quod ille ait & rex & vates, nolite
confidere in principibus. Quod si me audis, non tanto spem istā
recio emes, nec ad hunc scopū, vitę arcū intēdes, aut dulcē scho-
læ quietē cōmitabitis cum his turbis, que me annos iam plus vi-
ginti, sine fructu exercent, dum teror ac conteror, dum fudo ac
algeo, dum valetudinē corrūpo, dura patior, grata refugio, dum
magnis laboribus ac vigilij conor, dum omnē aleam iacio, neq;
aliud tamen assequor, preter vñ hoc, quod tibi tantis malis pa-
randum videtur, vt quemadmodū Phryges sero sapiā, vt in are-
nam cōdificasse me, ac ventos coluisse videā, & illud tandē intel-
ligam, quam non bene vitā instituerim. At te dulces interim mu-
sæ, omnis plausus securū, ab omni tumultu liberū, vera & hone-
sta voluptas detinet. CAS. Egentē s̄epe multis. MIS. Co-
temnentē etiā multa. CAS. At nunc querendē facultates, de-
inde ad virtutis studia redeundū, si vñq; liceat. MIS. Recte si
liceat, nā vt parari queāt he q;s petis facultates, aut labore nō fe-
res tu, aut indigna multa non sustinebis, deinde vereor, ne bonā
tui partē deprauet aula. CAS. De labore scio, qui enuce nu-
cleum petat, ei necessē fore vt frangat nucē. Iam autē firmior mi-
hi videor, q; vt vllā posthac morum immutationē admittam.

B ii



MIS. De nuce fieri potest, ut nucleum non habeat, cui tu cum periculo dentē impēgeras. Quod ad mores pertinet, nescis quā blanda pestis aula sit, quantumq; pondus, hi qui hoc mare perflant venti, quam nullo negocio dimoueant. CAS. Dic aliquid de ventis tgitur, aut si prēstat, de conuictoribus aulicis, interpellatū a me sermonē prosequere prius, deinde totū hoc mare absolue. MIS. Quos commemorauī conuictores Caste, hi sunt, qui cum Vlyssē illo tantū maris obeunt, infidi ac fraudulēti comites, quo r̄ ille siue suo ingenio fraudē eluserit, siue deo r̄ benignitate insidias effugerit, ad aliquā deferetur Calypso primū, deinde Alcyoni hospitiū, post tūlī acam forte occupabit. CAS. Qua hos igitur arte periuincere oportet? M.S. Prōvidentia quam illi si quando abesse abs te senserint, perdendi cōsilium inibunt. Quare fidendū penitus nulli. Ut dicam enim qđ sentio, optimā etiā indolē, & recte institutā vitam, in aula suspectam habere oportet, q̄ hi q̄tios dixi ventos, omnia impellant ac perfringant, & summā sepe innocentia ad pessimos mores invertant. An non audisti illum qui ait? Discedat ab aula qui vult esse plus. Verum vt sint aliqui boni, periculosā tamen ibi experientia est, q̄ multi sunt pessimi, si opte partim ingenio, partim alico veneno imbuti. οὐτε ποτὶ τοιούτῳ οὐτε τῷ σίσιστρῳ οὐτε ὅρκος μένει. Proinde cautū esse oportet, qui cum ingenijs conflictari velit eiustmodi, ac danda sepe verba, & vicissim adulandum, moresq; dissimulandi sui, atq; omni alegato candore, istiusmodi simulandū ingenii. CAS. Ut intelligo, primus est iste discedendi a philosophia gradus. MIS. Et hæc est quam dixi difficultas. Quantus essem nunc enim ego, si vel simulare adulacionē potuissim? Qui dum illum sequor naturae rigorē, & bonus esse studeo, omnē tot erumnar̄ fructū perdo in sublime procul abeuntibus, qui equales erant, ac in his multis qui nec diu iam, nec multum adeo laborauerunt. CAS. Omnino igitur adulari necesse est aulico? MIS. Omnino. Sed faciunt hoc alij plus, alij minus. At quisquis huic iugo colligandā ceruicē prebuerit, opus est Alcybiadē imitēt. Nā vt aliter. Athēnis vixit ille, Attica morū suavitate aliter Lacedemone, solutius rursum alijs apud Thraces, populū bellicosum, alijs apud Persas, nem uit, ac ca gicu Cast sit, c tibi ven pri tant ba e om mu nei alu deo tril cur tes ho op tu q ne vi ci q v b G tu a v c



ui tu cum
es cis quā
nare per-
Dic al-
ulicis, in-
nocmare
Caste, hi
fraudulē
ue deorū
ypso pri-
cupabit.
S. Prō-
lendi cō-
enim qd'
ula suspe-
pellant ac
ores in-
qui vult
i experti
partim au-
ōvte w/
um inge-
viciſſim
ato can-
go, pri-
Et hæc
o, si vel
naturæ
i perdo
s multis
s. Om
Sed fa-
ligandā
r Athē-
olutius
ud Per-

sas, mollem & delicatū, moribus v̄sus est, ita opus est aulico, om-
nem in modum conformare se moribus eorum quib⁹ cum vi-
uit, vt ingenio omnē in partē mutabili sit, in omnibus versutus
ac callidus, in summa, ipso Protheo varius magis. CAS. Tra-
gicum est hoc malū. MIS. At in aulica Comoedia spectatum
Caste, nec aliud frequentius, aut timendū magis, cum intestinū
sit, cum domesticum. Nam qui aperte inimici sunt, facile ab his
tibi caueris. Hoc malū, per speciē amicitiae clam irrepit, blandū
venenū, fucata pestis. Atq; aliquos horū noui, mīros in modos,
principū bonitate abutētes. Quosdam vero ita effeminate assen-
tantes, vt non verba tantū rebus accōmodēt, verū etiā gestū ver-
ba exprimant. In quibus falsissimus animi index frons est. Qui
omnem oportune affectū simulant, vt ut volunt colorē vultus
mutant, vdi ac molles, & quancunq; personā fingere velis ido-
nei. Qui omnia facile imitantur ac exprimunt. CAS. Ethos
alunt principes, ac honoribus efferunt. MIS. Et primo loco
decepti scilicet, homines grauibus alioqui curis impliciti, & ad
tristiciā proclives. Quos illi grata semper ac loeta nunciantes, iu-
cunde afficiunt, omnia eorū admirantes, omnia laudibus efferē-
tes, etiā ea que iniquissima nouerint. Non est inuenire aliud hoc
hominum genere peius. Atq; hi sunt, qui suis pessimis consilijs,
optime animatos principes, in multorū, in orbis perniciē, inuer-
tunt ac peruertunt. Semper duplices ac bilingues. Per quos fit,
quo minus recte sapiant, recteve faciant illi. Quibus autoribus,
neq; bonis premitū, neq; poena malis est. Hi sunt Caste q; sumū
vendunt. Quibus ab illis emporibus dicitur, cōmenda me prin-
cipi. Porro officia & prefecturas ab illis mercari licet. Et vitali-
quid faciant, aliquid dicāt principes, redimere. Quibus illi quos
volunt caros, rursum quos volunt infestos reddunt. Hi a qui-
bus munera quoq; acceperunt, his aliquando fucum faciunt.
Quibus autoribus, multorū foelicitas principū perit ac subuerti-
tur. Hi sunt Caste sorices ac tineq; palati; q; plurima die noctuq;
arrodunt ac corrodunt: qui plurima deuorant. Omnino enim
vitam ac sanguinē principū exugunt isti; ac lente consumunt. De
quisbus valde prudēter Antisthenes philosophus olim monuit.
Si necessitas vrgeat prestatore; in coruos; quā in assentatores inci-

B iii



dere, illos enim mortuos, hos viuentes deuorare. Qui cum ho-
xiū vbiq; sint, vtiles nūq; maximis tamen ac intollerabilibus altū
tur sumptibus. Hos vides in omni mundicia, omnibus lautitijs
delitiantes, splendide vestitos, bene nūmatos, semper ebrios ac te-
mulētos, vel citra vinū, studiosos aleq; deditos crapulē. Qui nō
aliter viuit in aula, q; illa Vlyssis domi procorz colluuius, adeo
non parare aut augere rem nati, sed cōsumere ac perdere, *αγονι*
και φέρουσιν. Necq; istore quicq; gratis, quandoquidem primi
isti munifice donantur, liberaliter habent, regie vestiuntur, ad of-
ficia facile, prefecturas ac honores euehuntur. Et de Palponib;
aulicis dictū fortasse plus, q; oportuit, sed iccirco vt intelligeres
hanc nauigationē quid potissimū difficultē, ac intranquillā redde-
ret. Ac in aula amicitia ne presumeres. CAS. Ut video, maxi-
me in dignis beneuoli ac benefici sunt Principes. MIS. Atq;
hoc est, q; vides quosdā necq; genere claros, necq; virtute cōmen-
datos, in summū consendisse. CAS. Scribas maxime. MI.
Imo quosdā scribis inferiores, atq; vtinā scribas tantū eueherēt.
Ita sine iudicio ac delectu liberales sunt principes. CAS. Iam
dudum extra tuū sermonē meā peregrinant aures, ac de illo co-
gito Morione. Sed tu triā verba, quae neglexi interim, repe-
MIS. Si de Morione prius dixeris. CAS. Audierat is aurī
penuria conqueri suum principē, & repente, quin tu scriba vis
esse inquit, vt aurū habeas. Nam illos præ omnibus pecunios-
sos viderat. MIS. Ita est. Nam & primi illi, & plurima in au-
lis principum lucrantur, partim dum literas ac signa vendūt, par-
tim dum cottidie aliquid a principibus exugūt. Quanquā quid
de scribis querimur, qui qualescunq; sunt omnino aliquis illo re-
vulsus est, cum alijs multi sint, omniō inutiles, tantū fruges consu-
mere nati. Atq; igitur dixi, sine iudicio ac delectu liberales sunt
principes. CAS. Dij perdant assentatores omnes, quo ne bo-
nos nobis diutius principes perdant. Sed tu iam de ventis narra-
nisi quid restat de adulatoriib;. MIS. Huius generis sunt fra-
tres, qui principū mentes tenent, ex auditione confessionis. Circa
quod studiū adeo superstitionis sunt illi, vt credāt perpetuo clau-
sos sibi cœlos, nisi ex Dominici aut Francisci phratria bene sag-
natus aliquis, nitidus, & obesus, aperiatur. Necq; enim satis est sa-



cerdote hic vti, nisi ex ordine sit. Quasi nemo post mortem reuixit, anteq; hi essent nescio quomodo ordinati ordines. Auditunt illi tamen interim secretissima quaeque, & non produnt, nisi raro forte, dum inter alios Palpones in multâ nocte per grecane tur, sed vt nunquam prodant, tamen sciunt quid principi, quatenus suadere conueniat, & quem non egredi oporteat limitem. Atq; igitur cautissime adulantur hi, ac mire semper abutuntur magnatum vanitate. Quoꝝ aliquis persuadetur neminem ascendere illam beatorum mansionem, nisi qui prius in scapulis Francisci cōfedererit, aut quem sublatum in brachia Dominicus sursum proiecerit, aut qui valde liberaliter fratrum redditus auxerit, monasteria locupleta uerit, vel nouum aliquem huic collationi nudum construxerit. Quoꝝ fit, vt indies magis ac magis crescat illoꝝ res, nemine reclamante dum hostiatim colligunt, quasi res parua sit stipem emendicare, aut non in multa aureoꝝ misia h̄is redeant stipes. Scilicet peritis siūm est hoc assessorum genus, ac identidē pernicioſissimum Nam per speciem religiōis mali sunt, sed iam ad ventos vocor. Hi sunt in aula Caste, fauor, inuidia, cupiditas, ambitio, luxus, consuetudo, egestas. CAS. Rem capere videor, quanquam audire libet, quomō hec a suo statu mente dimoueāt. MI. Fauor Casti, vt iniusta suadeas, cū hoc demulctus, rectū dignoscere haud facile possis, & iccirco iniquā sepe amici causam iuues, aut que amas, vtcūq; cadat hoc principi p̄bes, cōtra inuidia vt bonis sepe obſis eq̄itatē impediās q̄ infesta habes, pſeq̄ris. Quę duo, cū, q̄ i aula versant adsint oīb⁹, incorruptā nō sinūt genuinā boni tate. Atq; ita fit, vt multa indigna cōtingant, nā & eligunt fructū multi, ac excludunt frugis hoīes, & initia fit bonis morib⁹. Iā de cupiditate nō dubitas in q̄s errores p̄cipitet, vtnihil sepe face renihil dicere aliq; vereat, dū qđ cupit paret. Hinc illa sunt in aulis piuria, ille p̄fidie illa falsa testimonia, tāto crebriora, q̄nto q̄s eget magis. An nō cupiditas est q̄ facit, vt mūera accipiat aliq; vt fauore principis, vt fumū vendāt, vt cōpil ēt, vt depeculent, vt rapiāt, vt furent. Porro ambitio qđ nō p̄ferre cogit, oīa digna ac idigna obire facit hec et dissensionē excitat int̄ eos sepe, q̄ sibi chari iūicē fuerat, & adulatioñē ac assētationē gignit, duas vt audistī maxīas aule p̄stes. CAS. Nō ferēdū viciū narras.



MIS. At frequentius ibi nullū est. Adeoq; late regnat in aulis principū ambitio, vt huic vni accepta referantur omnia. Nullus violentior Boreas nauim impellit, quam illa hominis mentē con cutit. Qua imbuti qui sunt, omnes aut̄ sunt, q; hæc ab aula nun quā absit, non dubitant pericula obire, discriminibus sese obij cere, per tela per hostes ferri, amicū lēdere, necessitudines perfū pere, fidem fraudare, in deos atq; homi es delinquere, dum huic ciuitati p̄ficiantur, hoc officiū, hunc magistratū occupent. Ali quando etiā, vt sine fructu inanē titulū ferant. Ita falsæ gloriæ studiū, aulicoꝝ omniū animis tenaciter inh̄eret, agunturq; hoc flatu sursum ac deorsum, & in mīros abiçūnt errores, nonun quam naufragiū faciunt, ac omnia perdunt, in largitionē ingen ti consumpta pecunia. Habet enim viciū hoc cōmites, largitionē & reliquas corruptiones, quibus impellente ambitione, tota fla grat aula, ac omnia passim adurunt. Quid luxus? quā moꝝ de prauationē adserit, quod contagiu trahit: viciū tanto alij odio sius, quanto plura perdit ac dissipat. Hoc errore contemnunt pecuniæ, non quo a sapientib; illis pacto, sed per stoliditatē ac dementiā, contra vanissima omnia adamantur, atq; inde precio sa vestis, inde purpura, inde aurū & argentū, inde gēmæ ac mar garite, & reliquę id genus nūgē aulam inuaserunt. Que omnia licet maximi emantur, magnanimitatis est tamen, ea abiçere, & pro neglectis habere, ac tanto quis animosior censetur, quanto hec vilioris facit. Videas ad contentionem vsc; insumi pecunias, quo nequid splendidius alteri adsit. Nec ad vsum sit emptio sed ad inanē ostentationē. Quo loco, haud refert dicere, vnde sup petant hec, aut hanc voraginē quid impletat. Certe impletā opor tet, siue inde egeant subditi, aut ipsi etiā principes egeāt, siue vni us cuiusc; patrimonii huc erogetur. Ac plura multo profundū tur ibi inaniter, q; in vsum vertunt necessariū. CAS. Fieri vi deo quæ dicis. Nam optime vestientē hic lanam, quid aliud contemnere docuit, vt peregre sericum emeremus, ac purpurā? aut non potuimus ornari, populus bellicosus, & omnis olim molli tiei contemptor sine geminis sine auro? & nos sagi piget, nos lorice? MIS. Tum cynamma, crocū, piper, & reliqua exotica, id malum inuexit. CAS. Simul credo mores emolliuit, acis lud



in aulis
Nullus
ntē con
ula num
se obij
s perrū
um huic
pent. Ali
gloriae
r̄q̄ hoc
nōnun
ē ingen
gitionē
tota fla
nor̄ de
js odio
nuntur
litate ac
e precio
ac mar
omnia
cere, &
quanto
cunias,
otio sed
de sup
ā opor
ue vni
fundū
Fieri vi
ud con
ā c aut
mollī
nos lo
kotica,
t, acis

Sed vere Germanū xobur eneruatū reddidit MIS. Sic est, quā
to decentius enim, primi illi Germani feraꝝ pellibus amicire cor
pora solebant, cum multa interim strenue facerent, quā nos sic
comptū, sic ornati, nulla bella gerimus: nullis principib⁹, nullis
regibus iugum imponimus: nullā laudē parimus: nullā ad po
steros gloriā transmittimus: nisi q̄ alacriter plenis concursantes
poculis, vtrīq̄ vires cōminuimus, corpora delassamus, inge
nia perdimus. CAS. Quæ audio, sed perge. MIS. Prēter
hæc in miros sepe scopulos impallit consuetudo. Quippe mul
torum conuictus in aula cum sit, in proliui est morū exemplū,
quod omnes trahunt, sed ita trahunt, vt adhuc viderim, q̄ cum
bonis consueverant, meliores paucos, admodū multos per ma
lor̄ conuictū deteriores factos. Hoc inducente flatu, adolescen
tuli in aulā delat⁹ primū, pereunt, omnis innocētia pessum it, can
dor infuscatur, bona indoles corrumpit. Cum enim, vt quidam
ait, in vetitum semper nitamur, ac negata cupiamus, abunde in
aula inuenire est, quo labē contrahamus, ali⁹ in gulones & poto
res incidentes, ali⁹ in aleatores, quidā in scortatores, plurimi pas
sim in assentatores ac simeas aulicas impingentes. Quorū in me
dio quē tuta probitas: quē satis tibi munita integritas videtur:
CAS. Mihi quidē videtur, ipsa Pallas hac assuetudine contra
ctura malum, tali contagio, tam pestifero insidente, ac misere de
cipiuntur, qui pueros in aulam erudiendos mittunt, cum inde vi
ac violentia extrahendi potius essent. MIS. Vt narras. Verū
egestas, quā dixi, suas & ipsa partes sibi vendicat, necessariū ma
lum, quæ optime institutā indolē peruertit, nec sibi constare si
nit. Quæ omnia venalia habet, & nihil nō pecunię studio facit
ac patitur. Hec proditores gignit, ac rebus semper nouis studet.
Vides enim vt opus sit egentibus illis, quod prodigant, quando
quidē & ipsis cōmune est cum alijs luxū colere. Itaq; vndeunde
possunt corradunt. Per phas ac nefas querunt. Certe enim, vt il
le ait, viro esuriēti necesse est furari. CAS. Quid tu: illos pau
peres deteriores putas, his, qui ex crumena, vt fertur, generosi
sunt? MIS. Nihil minus, sed sua sunt & illis vitia, quæ nihil
ad hunc locū. Egentes omnibus semper vitij obnoxij sunt, cito
munera accipiunt, cito spe lucri fidem frangunt, adduci facile

C



possunt, ut secreta sibi commissa effutiant, ut ea quae in consiliis agitata sunt prodant, ut iniqua principi causam commendent. His intercessoribus si quis eos pecunia precepit, omnia citra negotium a principe impetrabit. Atque hos presentem obseruant hi, qui principum fauorem venantur, non imprudentius, quam qui oppidum expugnaturi, ea parte, qua munitionis minus est, aggreduntur. Sed iam de his satis dictum, quae aulam turbant, quae recte ventis comparauimus, quod ut illi, quieto mari fluctus concitant, ita hi quos memorauit flatus, miras aulae tempestates inuehunt, ut iam nosse videaris, vnde hec sint in aula inquietudines, tumultus. Verum quo tandem diu multaque iactata nauim nostram impellat, accipe. CAS. Audire gestio. MIS. Aliquando in pernicie statim, ut si quis cupiditate excruciat, aut egestate coactus, rem committat supplicio expiandam, aut si hic eum consuetudo, quam cum malis habuit, abstrahat, aliquando ad infamiam, his eisdem spiritibus aut per ambitionem & luxum. CAS. Quo illi puto recidunt, qui aut in furto deprehensi sunt, aut mercede fidem prostituerunt. Aut vero qui ambitionis studio principi fucum fecerunt, aut qui per vim vel amorem, turpia admiserunt. MIS. Qualis ille hic nuper fisci prefectus, a quo princeps ratione audire cum vellet, intellexit uno anno decocta aliquot aureorum milia. CAS. Et quae pacta cum hostibus pecunia, nihil utile Cesaris suast MIS. Et multi qui magistratus emunt, & honores mercantur. CAS. Et qui vino dediti, multa sepe tacenda per ebrietatem effundunt. MIS. Qualis etiam fuit, qui paucos ante annos in hac aula versatus, cum honestum locum haberet, sed per luxum prodigeret omnia ac aere alieno obrueret, meretriculam, cuius amore tenebat, eques stri ordine natus iuuenis, vxorem duxit. Deinde non suppetente, quod necessarius usus requireret, latronibus comprehensus, carnicem secundam ceruicem prebuit. CAS. Ut capio, hec sunt in isto mari Syrtes, hec Scyllae, hec Charybdes, quo nauigantes hoc modo deieicti, pereunt. MIS. Et Lestrygones Caste, ac Cyclopes, qui statim deuorant, ad quos ille, scis, deferebat, qui cum pacta mercede, principis vita insidiaret, consilio preuentus, extremo supplicio affectus est, & nunc a quatuor stipitibus dependet. Et quem proxime laqueo su-



spendi vidimus, q̄ érariū cōpilasset. CAS. Et quem ego vidi
Romæ, q̄ liberius monuisset pontificē, capite plecti. MIS.
Non ille Caste, sed forte ad scopulū offendere. Sunt enim scō-
puli etiā hoc in mari, caute transeundi, ne frangas nauim, & om-
nem semel substantiā perdas. CAS. Ethi qui sunt? MIS.
Vnus omniū maxime vitandus, ira principis. Nam qui huc im-
pegerit, actū de eo puta, atq; audi Caste, quo potissimū pericu-
lo, versemur apud principes, siue te enim tuus ille conductor, be-
nignius respicit, anxius es nequid offendas, & fauorē vt retine-
as. Siue abs te oculos, aureis ac manus longe habet, bene mereri
studes, idq; vigilando, laborando, dum sursum ac deorsum vo-
litas, dum frigus ac æstū fers, dum digna ac indigna pateris, dū
omnia conaris, ac sepe cōtra flumen natas. Ita semper lassandus
venis, semper ac singulos in dies deterior fit seruitus. Dum tamē
interim nescis, an hæc ille sentiat, aut agnoscat. Quis si sciat etiam,
quantū merearis, non facile tamen concedit, quę ad tranquillita-
tem tibi sunt. Quippe ex cuius re est, hiantē te detinere, ac suspen-
sum, sperantē semper fore, vt emergas, vt aliquid se mitius det,
vt sit laboris merces, sudoris premiū. Quo in statu sepe interim
contingit, vt tibi irascat. Se vōs ē nē. 100, ob leuem aliquā aduer-
sum te causam motus, quā illetanti facit, vt magna deprecatiōe
opus sit, quō tecum in gratiā redeat, cum sepe ob rem nihil, ob
floccos, ob pilum, ob viciōsam nūcēm, ob fumi vmbram excan-
descant principes, inflamentur, rabiem contrahant, furiant, ac
cœlum terræ misceant. bretuiter, in nugis Tragoedias agat. Tan-
ti est diu seruire se affligere ac conterere. Qua propter quosdam
vidi, post, quam multis annis summa diligentia, maximis labore
bus seruissent, semel vel dicta causa cōmoto principe, pecunia
pariter ac libertate multatos, nonnullos vita etiam spoliatos. Le-
uiores scopuli sunt Principum suspiciones, quarum illi capaces
maxime sunt, sed in quas non sine periculo incidimus. Atq; in
his ego ppetuo Caste, ob loquēdi libertatē, quo plurimū offen-
dunt illi, hereo. Deinde parū inuidia, intra quā nō admodū se-
cure nauigat. Ac presentius oībus malū delationes, quartū cum
imperio si impariter confixeris, periculū est rerum simul acvitę.

C ij



Porro caute omnino tractanda est eius, cui feruis, quantūcunq;
iusta obiurgatio. Ea est his ægris natura, quædā sibi nonnunq;
vlerca tangi nolunt. Iam hoc, q; fugiendū & ipsum est saxum,
speciosa vxor si illi sit, aut filia, ne vel ames, vel amari tibi conti
nat. CAS. Ad huiusmodi scopulos perijt apud Alexandrū
Callisthenes. MIS. Et cum periculo nauigauit Agis Argius
eundē reprehendere ausus, q; in adulatores & ridiculos, perin
de ac in bonos liberalis esset. CAS. Clytus vero, q; ab illo cy
clope repente deuoratus est. MIS. Et ab Astyage quæ passus
est Harpagus. CAS. Et sub Cambyses Prexaspes vt habitus
MIS. Porro illi Romanoꝝ imperatores q; misere multos ha
buerunt. CAS. Nostra autem tempestate, quæ se indigna dede
runt: & in Suevis illud quale exemplū? Proinde omni pede stan
dum, ne in hoc marinauigationē experiantur, qui vitæ consultum
volunt sue. MIS. Quod nisi a me sic essem monitus, quo te
precipitasseſſ. CAS. In mirū vt video pistrinū. Quapropter
alia ineunda vītē ratio est. MIS. Ita caste cogita. Nā aut ager
honeste colipoteſt, aut literę doceri, aut vtcūq; manibus opera
ri licet & rem militarē exercere, noui ꝑ p̄ dōm̄ (m̄) ḡvī ſe d̄, aut medi
cinam tractare, vt ex te tibi viuas. CAS. Recte suades, tu ve
ro, sic monito me, quid tandem in hac poenitidine tibi proponis,
iam fēnēx, an omni deuorata boue, in cauda tandem deficies? nec
extremū fabulae actū implebis. MIS. Ne hoc quidē degene
ris animi, vel in extremo resistere, & iam varie super his consul
tans, nondū inuenio, vt me expediā. CAS. Dij te ex ista iacta
tione in portum aliquem referant Misaule, ac vt libertatē recipi
as, faxint, aut aliquā tibi fructuofam cogitationē indant, qua te
ab his rhetibus explicet. Sed prosequere oro de vita aulica, quan
do adhuc ante horam sumus, quæ te ad illud seruitutis hostium
auocabit. Et quod restare videtur, quæ te cause in hanc nauiga
tionem adduxerint, aut de syrenibus vt meministi, aliquid refer.
MIS. Audi igitur seruitutis huius causas, nam fructū abunde
opinor intellexisti. Primum ea Casta, quæ tu quoq; paulo ante
suspeſisti, admirabar, vestiū nitorē, aurum, & gemmas, ac illos
arabice oientes purpuratos, vt deos verebar. Deinde magni faci
ebam, his conuersari, ad quoꝝ conspectū etiā, summa contens.



tione, maxima sepe multitudo procureret, hisq; colloqui, & eo
rum familiaritate censeret, ac illas affectabā immunitates, & diui-
tes omnes putabā, qui sic ornarentur. Cumq; patrimonii mihi
esseret perexigū, facile hoc loco ditescere proponebā. Quædam
præterea insita fuit, & iuueni, & imperito, ut multis ambitio, nā
aliquando videns ex aulicis reuerenter aliquos appellari, ac ora-
ri, ab his, qui aliquid apud principē captabant, deinde munerib;
quoq; peti, rebar omnes in aula consuescentes, potētia plurimū
valere, ac facile audiebā, cottidie increpantes me his verbis, quin
tu in aulam te confers, vt prodesse & tibi possis, & omnibus
tuis, aliquā adeptus prefecturā, aut ad aliquid promotus offi-
cium, vel aliter principi charus. His ego Caste Syrenibus, cum
occinuissent, neq; ego Vlyssis consilio cera aures obthurasse-
rem, in quę mala deo irato mēo prouoluerer. Nam quid vestes
admirabar stultus, quę truncū etiam ornāt, & animū non argu-
unt, cum ex animo constet homo, nec ad eum aliquid pertineat,
eorum quæ exterius adhērent corpori. CAS. Quo minus
illos fero, qui monachi vocantur, q; nobis vestīū ostentatione
volūt, sanctimonię opinionē persuasam, cum hoc hominū ge-
nus valde detestatus sit christus, quem ego credo cum in terris es-
set, nihil aliter atq; alios homines vestībus vsum. Hi aut̄ quas nō
diuersitates excogitant, in quod se non monstrū transformant,
vt q; maxime dissimiles sint per oīa. Atq; in his aliud Francisco
placuit, aliud Bernhardo, aliter visum est Dominico, aliter alījs.
MIS. Necq; illud videbā, multos sic vestitos, plurimis interim
egere. Sunt enim ista non ex hominū facultate, sed consuetudi-
ne ac moribus aule, quę vult homines iactabundos, ostentato-
res, glorioſos, ac magnificos, qui se omni foris pulchritudini ac
venustati conformant, cum intus morbidi, marcentes, ac mire
informes sint, vt mihi videt, similes parieti incrustato, intra quę
ruinosa multa sint, aut sepulchro splēdide foris extructo, ac sta-
tuis & imaginib; egregie adornato, quod deformes intus cal-
uarias, nuda ossa, & obscenos foetores contineat. Quinetiam
multi horum, vt sic vestiantur, fraudant, rapiunt, ac furantur.
Nam habendus est in aula vestitus, non quem tu parare potes,

C iii



Sed qui ex principis dignitate est. CAS. Ibi te illius meminisse oportuit, quod Creso obiectum a Solone est. Nam ille cum adhuc Solone, aurea se sponda molliter ac regie adornatum, nitide composuisse, ac ab illo percontaretur, nunquid unquam speciosus vidiisset, respondit Solon, gallos gallinaceos, pauones, & id genus animalia, in his enim admirandum naturam spectaculare exhibuisse, regis stoliditatem arguens, ac istiusmodi fucorum contemptum innuens. MIS. Et multa preterea, quae si miseri in mente venissent, non his concessissim, huiusmodi objecientibus illecebras Syrenibus. Qui si itidem, quod periculose tractentur regum ac principum amicitiae, considerassent, non tanti fecisset, huic interesse pompa, in qua multi opprimuntur. Quam fruolatum est enim, tunc se putare charum his dominis, cum dextrarum porrigunt, aut oscularandas etiam praebent, aut ubi familiariter colloquuntur, cum non affectus sint illa, sed ostentationis plerique, quae per omnia in auctoritate regnat, ac insidiosi ut in plurimum sint, principum affatus, quos illi ob id blande conferunt, ut suorum animos explorent, & allectos hac benignitate, ad effundendum aliquid temere inducant. Plurima enim oportet simulare ac dissimulare reges. Vnde non impetrat solebat dicere Germanus imperator Segismundus, qui nesciat simulare, eum nescire regere. Plerique vero tunc affabiles sunt cum soluendum salariu est. Ac sic circa blande conferint, ne sibi illi pecuniam petendo molesti sint. Maxima enim & ibi difficultas est, postquam diuturna ac durata seruitute seruieris, ut stipendium extorqueas, quod siue non petis, non soluitur, siue multum ac sepe, offendis. Hoc autem tempore, omnes fere per Germaniam principes egent, propter luxum & vanitatem, quibus dediti, plurima inutiliter absimunt. Vides enim, ut multa scurris, ludionibus, mimis, parasitis, ac musicis largiantur? Vides, ut in aulis noctu diu bibat & edat? ut paucimeta vino madeat? ut plus ebrium sit? pendumque quod ingurgitatur? plausus ingurgitetur, quod ferre possunt? tum ad emulationem vestrum dantur vester. Atque is est principum tumor, quanto magis egent, tanto minus egere videri volunt, & sic circa nihil de pompa, nihil de apparatibus remittunt, imo in alterius truvidam alter prodigit, ne perdendo inferior sit. Interea speciosus ille foris colossus est, intus squallet. Quod me ditescere volente, misere de-

cepit, a
rem po
stes, ad
pretere
endo, c
suam
pes eon
tet eme
tis hun
or fit,
vrat, a
tilet, h
stus, c
oia pi
gallin
ad exp
aman
cilent
tia fo
unt, b
one h
secta
sang
sit vi
adul
Nā
grust
stule
syde
nia.
ac p
tute
ter,
sit a
unt
rep



eminiſſe
um adhi-
ſi, nitide
ſpecioſi-
tates, & id
lū exhibi-
temptū
tē veniſ
bras Sy
principū
ſſe pom
inc ſe pu-
ſculan-
um non
nia in au-
quos il-
leccetos
. Pluri-
on impe-
qui nesci-
les ſunt
ne ſibil
ſicut ex-
ac ſepe,
principes
a mūtilli
mimis,
i diuq
i pfun
emula-
nto ma-
de pom
ia alter
oris co-
ere de-

cepit, aurum ſuberatū cum p̄o ſolido venerarer, ac iſtas eſuri-
rem pontificales coenas, ad has tam cupide respicerē gallicas ve-
ſtes, ad hēc monilia. Nam in aulis qui habent iſta, plerūq; nihil
preterea habent. Quinetiā plus aliquando perdunt aliqui ſerui-
endo, q̄b lucrantur, quod apud quosdā neq; emergere eſt, & rē
ſuam diſſipare oportet. Porro ſtultiſſime delectū agunt princi-
pes eorum, quos in famulatū adſumunt. Neq; enim ex virtute li-
cet emergere, ſed vt plurimū queritur, qui procera ſit ſtatura, la-
tis humeriſ, ardua ceruice p̄elongis tibijs. Atq; iſ cōmendabilis
or fit, ſi etiam barbā ad terrorē adorneſ, & calamistro cesariem
vrat, ac per aulam ingressus, hūc illuc bracchia iactet, tibias ven-
tilet, humeros oſtendat, vt illos poſcere videatur, Virgilianos ce-
ſtus, cum Entello pugnaturus, & vefteſ habeat diſcolores, ac p
oīa pictas, magis etiam q̄b pictus eſt gallus gallinaceus, trīginta
gallinaꝝ maritus, cum iſtiusmodi Thraſonū vnuſ, nō ſufficiat
ad explendū vniuſ mulierculę defyderiū. Scilicet athletas bonos
amant principes crassos iſtos, pingueſ, & toroſos, illos vero ma-
cientos, breues, graciles, ſubpallidos ac tenueis, quā q̄b pruden-
tia forte & cōſilio valeat, non admodū curat, quia non eſt in q-
unt, bene pſ onatus iſte. At hos gigātes in ſatellitiū citra cūctati-
one libēter adſumūt, ac tales ſibi gaudēt eſſe anteambulones &
ſectatores, q̄b q̄b minus ſit nōnunq; in aliqbus cerebri q̄b in culice
ſanguinis. Niſirū hoc comitatu abūde ornatos ſe, etiā ſi nulla
ſit virtutis ne cogitatio q̄dē, putātes, preter q̄s capita extollunt
adulatores q̄s dixi, relictis poſt tergū bonis, & plerūq; paupibꝫ.
Nā vt noſti, haud facile emerget, quoꝝ virtutibꝫ obſtat res an-
guſta domi. Atq; hi ſunt, quoꝝ hec illias capax eſt, quae alioqui
ſtultoꝝ regū & populoꝝ cōtinet æſtus. Quod intelligentē cō-
ſyderare oportet, priuſ q̄b aggrediat, an aptus ſit hec obire mu-
nia. Nā preter ea que dixi, qđ in aula ferendū ſit, nihil te cælabo
ac primū oīm qđ de immunitate dixiſti, que poſſet in hac ſerui-
tute imunitas eſſe? Quā moleſtū eſt aut, ac indignū, oīa humili-
ter, oīa ſubmiſſe & abiecle facere? Nam cum omnino ſeruitus
ſit aulica vita, nec aliam appellationē capiat, quam ea que faci-
unt emptiſſi illi, quādo nomē haud effugimus, in re ipſa ſolatiū
repoſitū habere debebamus, vt eſſet hec ſcilicet liberalis ſeruitus.



At non putant nunc principes aliquod esse inter se & ministros
suos discrimen, nisi ad contumeliam vscq; vtantur opera nostra.
Itaq; volunt assiduitate, volunt sudores, volunt quoquo eant, vt
se velut propria umbra comitemur, ne q; amant quenquam, nisi q;
in oculis sibi perpetuo sit. Et eos benignius habent, qui obstat
po ante se capite, quoties ipsi respexerint, inclinat. Quibus agilia
sunt genua, qui omnes illo re nutus, nedum iusta obseruant, qui
ceremonias aulicas pro legibus colunt, atq; igitur uno omnes or
dine callent & exequuntur, ita vt si latu ab his vngue discedant,
piaculum hoc sit. Proinde desertores vocat eos, qui non semper
in tergo sibi harent, magis, q; qui in acie loco cesserunt. Et sum
mum studium est, vt recte miscetur regie pompe strepitus, vt
ad omnē principis intuitum, palleat quis, ac attonito similis sit.
An no vides, vt apud hos titubante dicere oportet? ac pre timo
re sudante nonnunq;? Vides, quantūcunq; aliquod familiare et
exiguum est negotiū, qua perplexitate, q; hesitanter ac trepide ille
dicit orator, vt Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram? vbi pe
riculum est si in tituli pronunciatione, vel syllabam pretermise
ris, aut poplites tui si officiū ibi minus scite faciant, caueaturq;
vt omnia sint mollia, per fracta omnia, vt opus sit, docto alicui
comœdiarū actori operā dedisse, ac histrionicā didicisse, quo
nequid in congenudatione aberretur. Que cum vanissima oma
nia sint, tamen plurimū in his diei absuntur. Deinde appariti
ones illę quales sunt, quando totas nonnunq; sex horas standū
est, uno quasi in vestigio: quando huc illuc, sursum deorsum p
currendum: quando equitante illum per urbē, fessis diu pedib;
sequi oportet: quando in plurimā frequenter nocte obseruan
dus est, dum a coniunctio redeat: quando in æstu ac frigore ex
cubandum. Et sunt homines qui in his eruminis vitam putent, q;
in hoc voluntari coeno volupe admodū ducat, & pro delitii ha
beant, hæc facere, hæcc pati, quasi aliquid adhuc interficit, inter
aulicam captiuitatē, & eos, qui bello capti tunc seruunt, aut
seruiri principibus citra assentationis vicium possit, quæ sunt
enim ista pauloante a me pertractata? quæ etiam si adamussim
exequi studeas, & efficere quod placeat coneris, tamē in ambi
guo est, an tuam ille sedulitatē agnoscat, aut per optimos illos
couictores.



ministros
a nostra.
o eant, vt
iā; nisi q
i obstop
us agilia
uant, qui
omnes or
iscedant,
n semper
Et sum
pitus, vt
imilis sit,
prē timo
miliare et
epide ille
n. vbi pe
termis-
ieduinc
to alicui
sse, quo
ima om
apparit
as standū
orsum p
u pedib
bseruan
igore ex
putent, q
eliths ha
sit, inter
unt, aut
uæ sunt
amussim
in amb
mos illos
es.

convictores an placere tibi liceat. Nec minus danda opera, ne
quid aulici isti susurrones improbent, q̄ ipse ille iupiter tuus ne
offensam contrahat. Qui si assiduum te videant, vt iam frequenta
ri in principis auribus incipias, meritū omne tuū inuertunt, graz
uem vocantes ac importunū. Et ubi ascendere quantuliscunq;
gradibus animaduerterint, deñciendi consilium capiunt. Quorū
studio factum est, vt inter abiectos nunc accumbam. Certe emī
fortunę rota est Caste in hac vita, in qua quotusquis q̄ si ascen
derit etiam, diu cōsistere potest. Quod vicissim omnia fiunt, vt
qui nunc sublimes sunt, rursus decumbāt, & qui paulo ante de
primebantur, nunc summo in orbe conspiciendi emineant, vt ali
us alium impellat, vt tuū illū emulū, siquid tibi prospere succe
bulet: quæ ambitio: deinde prēlibatores, cui malo exponunt se,
prēcepturi, si qua illi domino mors destinata sit. Atq; adeo ne
quid tutum, nequid sit in aula pacatū, aliquos vidi a Morioni
bus exoculatos, dum prouocati illi furiunt, quosdā ad mortem
vscq; cēsos. Inter quas molestias, inter quæ discrimina, quid tan
dem p̄emij, quid solatij est Caste? Aut non semper vigilandū,
alteram in partē, ne tibi viles cat gratia, in alterā, ne tui sit tedium.
Et forte officium petis, quod aut locatū iam est, aut si vacet, plū
timos habet competitores, quoꝝ tu studio nisi par fueris, quan
do tandem spes est, multis vnum preferrit. Tum nōnunq; in pi
ratas incidit hęc nauis. CAS. Quos in piratas dic oro. Nam
vt video omni a parte nauigatio est vita aulica. MIS. Quid
aliud enim? nisi tu quicquā inuenisti magis huic simile. CAS.
Nihil esse credo. MIS. Proinde multos habeant insidiatores
multos etiam aperte inimicos, necesse est, qui multa possident.
Vnde si contigerit ei, apud quem seruis, bellum esse, ac in hostes
tu incideris, & illi captum abducant, tum quis redimit? CAS.
Quis enim alius, quā cuius id causa passus sim? MIS. At ne
mo minus Caste. Nam tuum ibi patrimoniuū diffliuit. Ac ipse te
vt liberes opus est. Quod si immixtore nactus sis piratā, carcerē
vincula, torturas tibi propono. Nonnunq; etiā mortē. CAS.
Duram valde condicionē narras. MIS. Quasi aliquid mite fe
rat aula. Vides igitur aliquot sepe milia, ob duorū homūcionū

D.



leuiuscumam contentionē, ex ambitione sumptā forte, mutuā se
cēde configere? CAS. Video. MIS. Quid principum fa
miliaritatem suspicis igitur? CAS. Quia in animū non reuo
caui ista. MIS. At nunc sapies. CAS. Tuo beneficio.
MIS. Quamobrem fortunatū te, qui alieno periculo caues, me
infoelicē, qui sic pereo. CAS. Ni fallor, bona principū pars
ea facit, quę de syracusano illo respondit Diogenes. Nam inter
rogatus, quomodo amicis vteret Dionysius, vt vasculis inquit,
dum plena euacuat, & abiicit vacua. MIS. Sic est. Et iam
prope arbitror, vt bene vacuū me ejiciat ille, quandoquidē lon
gius esse mihi a limine, q̄ solebam, videor. Ac nisi me omnia fal
lunt, iamduđū illam exuo gratiā, qui diu seruiui, & quod poen
tendū maxime est, optimā vitae partē, & ætatis florē in aula per
didī, inter sycophantas ac assentatores, inter fastum ac superbiā
aulicorū congerronū. Inter magnificos Satrapas, regios canes,
inter homines Caste, quorū ne in coēna quidē laudandus sit alii
quis. Inter gloriosos milites. Inter illos Caste equites, qui sunt
ip̄si magis plerūq̄ bestiæ, q̄ hæ quas equitant, atq̄ adeo inter
centauros, inani spe, sine fructu, duris semper modis fatigatus
ac delassatus, dum virebat genua, dum oīa erant integra. Qui si
hodie abiicit, ac aliquis roget, quoniam pacto in aula consenue
rim, quid aliud respondero, quam quod ille apud Senecam, iniu
rias patiendo, & gratias sepe agendo? CAS. Vīcem tuā do
leo Misaule, quanq̄ desperandū non puto, & forte tempus est
vt loetijs aliquid eueniāt. MIS. In illius hoc Caste genibus si
rum est. Qui quomodo aliquid daturus credetur, exhausto iam
& inutili, q̄ oīa falso promisit iuuēti & validos? CAS. Spes
est hęc lubrica quantū sapio. MIS. Te monitū igitur velim
ne tam periculose nauigationi te cōmittas. Quid enim diuitias
sperat aliquis, inter tot egentes cōpetitores? aut potentia qd am
bit, quā sine iniuria habere nō potest? aut quā si habeat, cū peris
culo habeat? Cū de oībus illi secū potētib⁹ male suspicent⁹. Por
ro q̄s nisi valde stultus, si hoc modo sit monitus, in hac experiri
nauē sustinuerit, cuius prēter alia tam spurca est, tā foeda ac tetra
sentina? CAS. Etiā sentina, ibi molesta est? MIS. Etiā, ne
qd ylli nauē patient⁹, qd' non cōmune illis sit cū aulica familiā.
Igitur immundissime sunt in aula sordes mira obscenitas. Pri



utua se
pum fa
on reuo
ficio.
ues, me
oū pars
m inter
inquit,
Et iam
dē lon
nia fal
d poeni
ula per
perbiā
canes,
st alia
ui sunt
o inter
igatus
Qui si
nsenue
m, iniu
ia dos
us est;
ibus si
to iam
Spes
velim
iuitias
qd am
i perie
Pors
periri
c tetra
ia, ne
milia.
. Prie

num cibis vt multis; ita negligenter apparatus, marcescentibus
sepe ac rancidis carnibus, in vas nihil purius coniectis, quibus eti
grylli se, muscae, ac aranei, & id genus animalia miscuerunt. Aut q
vermes iam pepererant. Atq; he quales cibes sunt semicoctæ tibi
nominiq; apponunt. Iuxta insipidum olus, aut legumina vt cunctæ
comixta, aut pisces iadu ante mortui, aut aliqd his multo spur
cum magis. Vinum aut acidum, aut quod ab alia sumptum mensa est,
de quo biberat forte barbatus aliquis, barba profuso nuper in
re Infecta habet. Qui adsidet, hesternâ crapulâ olent & eructat;
per omnia foetidi. Quoq; aliquis per cacatis sedet foemoralibus
vini impetu emollita alio, aut apud ipsam mensam vomit. Na
ita frequenter hec fiunt in aula, vt quocumq; tempore abs te aliq; s
perconte, quid agat in aula, recte illi respondeas, bibit, vomitur
effundit. Huc adde, q; non hominum tantum, sed bestiarum etiam feren
tibus est foetor, canum excrements tota referta aula, aduersus quæ
obthurasse narres, adeo est inurbanum ac inelegans, vt in fabulam
quoq; venire soleat. Atq; his te vt feras assuefieri oportet, tum
alibi, tum vero in ipso etiam triclinio sumente iam cibum. Quanq;
preter ista nihil ibi laetus, nihil est mundum, crassum ac multo semi
per iure impinguatum mantile, vt digitis herens quoquo trahas se
quatur. Calices situ oppleti ac feculent, mirum in modum conspur
cate patinæ, iuxta inquinata cibæ ac obscoena, & odore vt pluri
mum tetricissimo. Noctu autem que cōmoditas quiescendi, inter ob
strepitos potores. Quoq; ille ~~etiam~~ ueretur atque aliquid, nocte iam
concubia, quod omnium asinorum ruditudinem supereret, occinit. Alius vi
no disertus, aliquot sepe horas sermocinat, inconditis tibi fabu
lis somnum inturbans, forsitan & eundem tecum sortit lectum, aut ex
ebrijs illis vñ⁹, aut q; ex morbo puteat, ac scabie infectus sit, aut
cui spurce oleat anima, vel q; alijs tibi modis sit molestus. Adde le
ctos, noū ipuros tñ, sed & pestilentes sepe, vbi ille dormierat pau
cis ante diebus morbo gallico adesus vbi leprosus alijs deluda
uerat. Lodices sextum ante mensem loti, in quibus se voluntarum mor
bos illi, q; multa, si inspicias, sanie, multum pus exceperunt. Atq;
hec oia tunc magis obijclunt, qñ vaga est aula, vt in alijs ac alijs
diuersorū pnoctandū sit, humi nonūq; vix rarissimis substratis tibi
stipulis, aut pediculosa aliq; culcitra inf cimices ac pulicis examina

D ii



CAS. Cappio, & videre memini ebrios illos modis omnib⁹ im-
mundos. MIS. Tunc cum in suis illis versarentur delicijs.
CAS. Cum eodem in triclinio alijs biberent, alijs vomerent, non
nulli inuicem sibi oppederent. MIS. Tunc cum ille iaceret iā
victus potor, ac inter dormiendū vomeret, inter vomendū dor-
miret, excubantibus iuxta canibus, qui omnes medio tenus pala-
to sordes elamberent. CAS. Cum alijs scorta, alijs taxillos po-
scerent. MIS. Non iam ignoras igitur, cuiusmodi tibi, si huc
concedas, exhaustienda sentia sit. Quod si cum ipso nonnunq^z
principe seorsum coenes, vt laute omnia parata, eleganter appo-
nentur, non audes per verecundiam apposita sumere, ac Tantali
more in copia eges. Tunc te interficiunt, aut morbis omnib⁹ ob-
noxii reddunt, varia ciborum genera, quibus appositis, continere
te facile non potes, quin nimis edas. Et longo intervallo missus
importantur. Ac ea plurimū hora cibus sumitur, quę tibi minime
conuenit. Necq^z enim in aula tunc editur, quando homines esu-
riunt, aut tunc bibitur, quando sitiunt, aut suo tempore quiesci-
tur. Omnia confusa sunt, omnia intempestiva. Et forte expecta-
dus est ille, qui aut in venationē abfuit, aut ius dixit, ac leges de-
dit. Quæ omnia eo tendunt, vt valetudinē negligas, ac corrum-
pas, vt febres, vt podagras, vt vlera ac pestes contrahas. Sed iā
credo satisfeci, & tuæ Castæ petitioni, & meo in te studio, quo
magis ad seruututē remittas iam me, atq^z audiū sonare æs illud,
quod me dixi ad officiū vocaturum. CAS. Audio, sed bre-
uiter addam, nisi vt te moneā, quo mare illud tot modis suspectū
fugias ac vites. Ne vñq^z nauigationi te committas, tam pericu-
lose, tam exitiosę, ne in rebus adeo dubijs, adeo incertis spem po-
nas, ne tibi pedicas induras, ac spontaneā vltro seruitutē acceras
in qua postea miser cum sis, non identidē sis miserabilis, cum ta-
lis esse volueris, & ex miseria voluptatē tibi petendā duxeris. Ne
te ex cōmodiore vita, in has tēpestates, has procellas, vnde emer-
gere difficillimū sit, abiicias. Ne ab animo exules. Et in his affi-
ctionibus immunitatē ne queras, vt memineris libertati renun-
ciatum, vt primum in aulam te mancipaueris, nisi seruus non est
aut captiuus non est, qui vnam domum egrēdi citra prescriptū



ib^o im.
chs:
nt, non
eret iā
ū dor
us pala
os po
si hu
nunq
appo
'antali
ib^o ob
tinere
missus
mini
nes esu
quiesci
pectā
ges de
rrum
Sed iā
o, quo
illud,
d bre
Quid
pectū
ericu
em po
cerfas
im tas
is. Ne
emer
affli
enun
on est
riptū

non audet. Omnia, ut longum valere dicas, aulæ, in qua eorum
rupta sunt omnia, & vbi difficultates mirè obijciuntur, archana reticere, oculū recte disponere, iniurias tolerare, vbi
alij opera impenditur, sibi malum accersit, vbi optimū quod
habemus frustra tempus conterimus. Tandem vide sis huic iniuriae
nuistæ venustati, ne te capiendū præbeas, quo ne foris iucundis
sime demulctus, intus acerbissime tracteris, deniq; misere sub
uertaris. Nam quid refert, aureis te catheris vincit quis, an fer
reis detineat: aut aliquid refert, a quo metallo piscis trahatur? In
summa, ut mare esse memineris aulam. De me, ut ab isto naufra
gio enatem, videro. CAS. Dabo equidē operam, ac tibi mul
ta libenter debeo, qui me in tempore monueris. MIS. Tibi
ego gratiam viciſſim habeo, q; menon oscitanter audiueris. Sed
iam eundum est, tu vale, ac in longum vale, & extra aulam vale.
CAS. Et tu vale, ac liber esto. MIS. Quod dij;s videatur Ca
ste. Sed ecce Velinum video, reuertia principe, quem de salario
persoluendo monitus, hodie accessit. Interrogabo, quod re
sponsum tulerit. Heus tu Veline. Audin Veline; τις οι πολλων
κακιών στρεψ.

F I N I S.

Sinceriter, citra pompam. Quod bene vertat.

VLRICHI DE HVTTE N EQ. GERMANI IN
Prognosticon ad annum. M. D.XVI. ad Leonem. X.
Pont. Max. Carmen Heroicum.

Quæ se horrenda mouent superi: quæ dira redundant
In genus humanum: flagrat proh Jupiter omnis
In clades Europa suas. Respublica Christi
Heu nimium sectura sui, ruit in sua precepis
Viscera, crudeleisq; ciet miseranda tumultus.
Omnis in Italiam tendit furor, ipse minatur
Horrificam latio stragem Saturnus, & atro
Inrepuit Martem intuitu. Mars arma, necesq;

D iii



Sanguinetum molitur opus, saeva omnia regnant.
Concessit de iure suo, graditurq; rex oris
Iupiter, & totum dat acerbis cladibus annum.
Idq; adeo metuens, & non ignara futuri
Bis petit obscurum, & condit se luna tenebris.
Ipse quoq; obducta squallet ferrugine frater.
Tot signis monuere dei, presenfimus omnes,
Caut nemo malum, sed nec potuisse putandum est.
Autores Dii clavis, & accusabile fatum.
Ecce ergo aerias ruit hac a parte per Alpes,
Effusura omneis iterum Germania vires.
Substitut iratus Verone ad moenia Cæsar
In latias speculatus opes, traxitq; feroce
Rhœtorum populos, & amanteis bella Sueuos.
Francorumq; equitum nunc exuperabile robur.
Vindelycasq; manus, & abactum montibus illis
Heluetium peditem, tum quicquid Rhenus & Ister,
Quas vires celer Albis habet, peregrinacq; regum
Auxilia, Scythicos metuendo Pannonas arcu.
Et te Beme armis inuictum, equitemq; Polonum.
Hispanamq; aciem, quo non delectior ullus
Expugnare vrbeis populus. Necq; segnius audet
Parte alia Gallorum acies, iamq; optimus annis
Confertum rex agmen agit, rapitumq; tuetur,
Insibriae fines, & agri ditiissima regna
Coenomanos, Ligurumq; vrbes, Alpeisq; subactas.
Dant animos iuueni patriæ prediuitis aurum,
Successusq; sui, volucres in bella sequuntur
Allobrogum turme, pugnantesq; eminus arcu
Atrebates, tum qui longeue ab origine gentis
Se numerat Biturix, suetusq; ad prælia Vascon
Utilior pugnare pedes, Rhodahumq; bibentes
Quicq; colum Ligerim, tum quod te Sequana ripa
Vulgus vtraq; videt, quicq; impete Celticus acri
Fertur eques, quos dehinc iuuat auxiliaribus armis
Vrbs Venetum, fatiscq; suis obnoxia, fertur

In comm
Italia, &
Vltra al
Posce D
Innocu
Iratos p
Et totie
Iam sat
Quod
Hostili
Infestis

Exped
Tio u
omni
pis ex



In commune nefas, cincta est feralibus armis
Italia, & possessa malis, nec iam ipsa salutem
Ultra aliquam potis est sperare, peritq; videndo.
Posce Deos veniam supplex Leo, & omnibus aris
Innocuas protende manus, sacrificq; litatis
Iratos placa superos, pax incubet orbi,
Et toties sperata tuis, & debita votis.
Iam satis hoc luimus, superet de sanguine nostro,
Quod melius liceat rabidis offundere Turcis,
Hostilicq; Asiae, Solumum quo vindice templum
Infestis auferre Syris, diumq; sepulchrum.
Quod bene vertat.

τελος.

AD LECTOREM, LIBRARII.

Expectare te iubemus lector, ab eodem Hutteno elucubratum
τῆσ μέθησ γνώμων, idest Ebrietatis laudem, opusculū modis
omnibus facetum atq; elegans, quod propediem his eisdem ty-
pis excusum in lucem dabimus. Vale.

In officina excusoria Sigismundi Grimm Medici,
& Marci Vuyrsung. Anno virginis partus
M.D.XVIII. die vero. xvij.
Septembris.



A. M. fortiori & Schluss
fuerst opimis H. Cromm

S. Ortas

SC

D

AD LIBITUM LIBRARIA

1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600.

1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600.





503
George R.









3

